all' influenza d' una numerosa assemblea legislativa, e fin dal principio del secolo XIV il suo potere era

» talibus, que persona se offert facere unum horilogium lati-
» num et non intricatum, et cum levi contrapondere, et pulcro
» et magno magisterio, et quod pulsabitur absque difficultate,
» et quod dabit maius botum in triplo, quam faciat istud, nec
» vult aliquod pacamentum, nisi completo et probato negocio
» et posito in bono esse et perfecto, Vadit pars, omnibus pre-
» dictis consideratis, quod concedatur nostris provisoribus co-
» munis quod possint se concordare cum magistro predicto et
» expendere occasione predicta usque ducatos centum quadra-
» ginta vel inde infra quam melius poterunt. Nam de horilo-
» gio presenti rationabiliter extrahetur bona pars expense
» predicte. Et si consilium etc. »

1393, 5 Decembre. *Maggior Consiglio*, LEONA, facc. 70.

« Capta.

« Cum per provisores nostri comunis sit deputatus unus
» ad pulsandum campanas Rivoalti ad horas debitas, qui habet
» de salario propter dictam causam ducatos duodecim in anno,
» et modo noviter sit constructum horilogium, opus satis no-
» tabile, sed est custodiendum et tenendum in ordine, ut ex
» illo percipiatur fructus, ad quem constructus est, Vadit pars
» quod detur libertas ipsis provisoribus possendi deputare unam
» personam sufficientem tam ad sonandum campanas predictas,
» quam ad attendendum ad dictum horilogium cum salario
» ducatorum vigintiduorum in anno. Quia expensa parva erit
» sed utilis et fructuosa occasionibus antedictis. »

1394, 22 Novembre. *Maggior Consiglio*, LEONA, facc. 75 t.°

« Capta.

« Ut horilogium nostrum Rivoalti, quod est tante delectatio-
» nis et comodi universalis teneatur in culmine, Vadit pars quod
» sicut habet ducatos duodecim in auro, sic habeat decetero
» ducat. vigintiduos et sic consulunt provisores nostri comunis. »

1394, 27 Decembre. *Maggior Consiglio*, LEONA, facc. 75 t.°